

Constantia

Quod summi ista imago que dicitur peute hic est diabolus qui circuit querens quem deuoret qui habet manum extensam id est peccatorem super peccatores decipiens: qui dicitur peute hic. id est homini auaro dicitur peute hic in terra bona mundana appetendo cor tuum in terrenis ponendo. Clericus qui venerat postquam alij recesserunt est homo cupidus siue auarus. quod si cur bonus clericus die ac nocte studet: ut scientiam sibi ipsi imprimat et alios doceat nec fatigari poterit quin se noua inueniat. Eodem modo homo cupidus die ac nocte studet in terra et mari quomodo poterit bona mundana acquirere nec oculi eius fatigantur. Et ideo contra tales dicit Seneca. Cum omnia peccata senescunt sola cupiditas iuuenescit. Illi qui venerunt ad imaginem sunt boni christiani et precipue religiosi: qui mundum respiciunt quantum ad vicium et vestitum et sic recedunt. nec superscriptionem dyaboli curant tales pericula euadent. Clericus vero per umbram digni in terra percussit sic auarus per umbram seculi mundi vanitatem que est quasi umbra transiens. accipit lignum id est corpus condensum et assensum ac intellectum per que diuitias mundi incipit fodere. Cum vero gradus inuenit descendit. Primum gradus est superbia. Secundus concupiscentia oculorum. Tertius concupiscentia carnis. Per istos gradus et alios diuersos: cupidus descendit et pulchri palacium ut ei videtur plenus hominibus ac vanitatibus inuenit. In mundo istum in quo et in quibus miser homo miro modo delectatur. Imago que cum arca stabat est mors que semper est parata quemlibet nostrum percutere sicut dicit scriptura in fronte Ego sum. id est mors quod in toto tempore in mundo isto introducta sum per peccatum primi parentis. Et nullus po-

de fide

terit quantumcumque pius generosus aut fortis arcum meum euadere. Carbunculus est vita hominis quod diu vita in eo manet dat et lumen carbunculus. id est vitam potest habere. sed cum auarus melius credit ac sperat viuere. Et bona mundana que intelliguntur per cibum et cultellum in sinu suo. id est in archa sua credit includere veniet mors et percuet eum sagitta id est eum graui infirmitate vitam suam et statim fit obscuritas tantum quod omnes sensus lumen suum ac vitam amittunt et iacet corpus ibi mortuum et miserabiliter. quod infra triduum incipit fetere. tunc dyabolus animam rapit. amicum et sanguinem bona sua que cum maledictione dei acquisiuit. obtinebit cadauera terra ac vermes corpus occupabunt. Et sic nihil peccati relinquitur nisi pena eterna. Sed deam? et

*De permissionis fidelis constantia.
Capitulum.*

Quod quidam Imperator in cuius imperio erant duo latrones adinuitem confederati iuramento ut nullum alium dimitteret in neccitate sed quilibet pro altero vitam poneret. multa mala adinuitem perpetraverunt. id est furtum et homicidium. Accidit semel quod unus sine altero et eo absente cum furto captus erat in carcere in pedibus positus. Quod audiens socius eius alter latro ad eum venit et dixit. Mihi socius dic mihi in fide in qua ligatus sum quod fiet tibi. Ille ait mihi visum est mori tibi quod propter te sum cum furto. fideles tamen facere istud quod tibi dixero spero esse tibi obligatum. Tunc mori et puulos ac familiam deo de eis nihil ordiaui nec de bonis meis si in loco meo posses expectare iacet. pro me habet potestatem a iudice inquirere donec ad domum vadam et tibi prore et tibi familia et tibi bonis meis ordiauerit et tibi obito fuerit.